

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Otto Andreas Woldershhausen


**De Providentia Divina Pauca Disserit Et Viro ... D. Carolo Gottlob Hofmanno ...
Patrono Atque Praeceptoris Aeternum Colendo Diem Natalem Demisse Gratulatur
: M DCC XLVIII. Ipsiſ Calend. Octobr.**

Vitembergae: Bossoegelus, 1748

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn826039278>

Druck Freier  Zugang





388

a. B.
48. b. 8.

Fa-1092(3.)

3.)

2.

3

24.
23.
22.
21.
7.
8.
9.
10.
11.
12.
13.

**DE
PROVIDENTIA DIVINA**
PAVCA DISSERIT
ET
VIRO
MAGNIFICO ATQVE SVMME
VENERABILI
D. CAROLO GOTTLLOB
HOFMANNO

S. THEOL. PROF. PVBL. ORD. PRIM. CONSIST. ECCLES.
ASSESS. TEMPLI PAROCH. PAST. ET CIRC. ELECT.
SAXON. SVPERINTENDENT. GENERALI SVIQVE
ORDINIS SENIORI

PATRONO ATQVE PRAECEPTORI
AETERNV M COLENDO


DIEM NATALEM

DEMISSE GRATVLATVR

O T T O A N D R E A S W O L D E R S H A V S E N I V S .
S. TH. CVLTOR

M DCC XLVIII. IPSIS CALEND. OCTOBR.

VITEMBERGAE
FELICIO IOANNIS GUILIELMI BOSSOEGELI.





A. et Ω.

Bemo erit mortalium, qui utilitatem doctrinae naturalis de Deo insignem iure negare possit. Veri vniusque Dei numen, tametsi oculis non cernitur, manifestum tamen, atque obuium ex operibus naturae conditis est adeo, ut vis ipsius ac maiestas percipiatur et perspiciatur. Scimus quidem, humanas mentes tam corruptas penitus esse ac depravatas, ut ne illud quidem inuestigare et cognoscere cupiant, quod ex contemplatione rerum creatarum cognitu et facile est et maxime necessarium. Nonne cognoscitur illa ab omnibus gentibus, quae modicum et oculorum sensum et rationis ac mentis usum adhibere, atque id, quod de Deo cognosci facillimo negotio potest, quodque in ipsorum animis de supremo parente adumbratum est, teste Cicerone, profiteri cupiant? Ipsa vero utilitas doctrinae huius naturalis omnibus ante oculos versatur. Quod cum alii Θεόν γενέσαι ecclesiae priscae scriptores tradunt, tum in primis gentium profanarum doctor, Paulus, Romanos docet, ipseque huic ex na-

X 2

tura

tura haustae doctrinae studet, atque iubet adeo, illos infinitae
 mentis, quae cerni non possit, vim potestatemque ex rebus,
 quaesub adspectum cadant, perspicere. Proinde nemo, Apo-
 stolo Paulo auctore, in opus huius vniuersi tam admirabile diu
 noctuque oculos coniiciens, erit, qui ea omnia, quae nos do-
 cet illa naturalis doctrina, insignem habere viilitatem, neget.
 Sed quid dicam? multi quondam inuenti sunt, et multi adhuc
 reperiuntur, qui de hac re omnium verissima dubitant. Quodsi
 animum ad tempora applicamus nouissima, in iis offendimus
 egregios scilicet sapientes, qui veterum inimicorum huius ve-
 ritatis, eorumque delirantium, somnia somniare solent. Con-
 spiciuntur Deistae sic dicti, qui quidem Deum esse concedunt,
 sed eum hominum, horumque actionum et rerum curam ha-
 bere negant. Quam egregie contra Lactantius: *Curat Deus ho-*
minum vitam, ac singulorum actus animaduertit, eosque sapientes ac
bones esse desiderat. a) Itemque Alexandrinus ille Clemens:
Εἰν οὐ περούσια ιδία ητού δημοσία, ητού πανταχώ. Illi vero bonum et
 malum Deo indifferens, quod Graeci *αδιδόποιοι* dicunt, esse pu-
 tant, poenam et proemium ab illo expectandum negant, at-
 que adeo nullam religionem cultumque necessarium esse, di-
 cunt. Inueniuntur Naturalistae, qui quidem altera manu su-
 periora dant omnia, et tamen altera demunt: dum Deum et
 prouidentiam quodammodo concedunt, sed per nexus suum,
 quem inculcant, rerum necessariarum, atque a Deo in ipsa mundi
 creatione constitutum, plane Numinis prouidentissimi vim in-
 fringunt, et fere tollunt; cum tamen haec ipsa se vbiuis pro-
 dat. Nonne ea ostendunt tot naturae et vitae documenta?
 Nonne voluntatem Dei benignissimam, in vniuersum genus
 humanum redundantem, quisque in se quotidie experitur?
 Nonne

a) vid. Lactant. de Ira Dei Cap. XVII.

finitae
rebus,
Apo-
le diu
os do-
neget.
adhuc
Quodsi
dimus
us ve-
Con-
edunt,
im ha-
eus bo-
ntes ac
nens :
um et
sse pu-
nt, at-
e, di-
nu su-
eum et
suum,
mundi
im in-
is pro-
menta?
genus
eritur?
Nonne

Nonne denique viam ad Prouidentiam hanc diuinam, recte cognoscendam, vel ipsi casus fortuiti, quos dicunt, muniant? Sed nihilominus multi diuinam hanc *περιοναν* nostra aetate fallaci notione implicant, et dedita opera, caligine obscurant, cum disertis docent verbis: Deum prouidere rebus omnibus per nexus rerum in hoc terrarum orbe semel fixum. Tantum enim abest, ut eiusmodi nexus fatalem tollat veterum necessitatem, ut potius ad eam ducat, atque omnem a mundo arceat diuinam gubernationem. Deus enim noster, ut ille Epicureus, non est otiosus, non intermundiis inclusus, neque indigna Deo actio potest esse mundi gubernatio. Hinc alii omnino recte dissentunt ab ipsis recentiorum nonnullorum opinionibus, et multo praeclarius sanctiusue praedicant diuinam prouidentiam, etiam specialem, cui aditum etiam nunc ad res creatas nexus quidam minime praecluserit. Absit itaque a nobis, absit longissime, ut hanc rem paruam putemus, quae ad ipsam honestatem veramque virtutem atque ad amorem Dei, humanam impellit mentem, neque incassum sinit ad Deum immortalem mittere preces. Optime igitur sanctioris doctrinae auctores hanc prouidentiam opus Dei aeternum vocant, quo res a se conditas omnes conseruet, quod est potentiae, omnes gubernet, quod sapientiae munus; dirigat denique omnia ad sui nominis gloriam et vniuersi huius, in primis autem piorum utilitatem, quod immensae eius benignitatis est. Proinde eam neque cum Scholasticis per curam vniuersalium non vero particularium, neque cum Calvinianis per decretum Dei, quo omnia ex Piscatoris sententia infallibili et immutabili necessitate fierent, describimus. Illud enim specialem tollit Dei prouidentiam: hoc vero omnem. Alterum pios homines in rebus aduersis perfugio et solatio priuat: alterum cunctos

X 3

mor-

24.

23.

22.

21.

7.

8.

16.

11.

13.

4.
5.

mortales fato illigat, et libertatis nihil illis relinquit. Quibus duobus dubito an tristiora generi humano excogitari queant. Quae, bone DEVS, dementia cepit mortales! Praesentissimum sibi Deum, et se vltro per naturae et per gratiae opera offerentem, repudiant: remotissimum contra et nihil praesidii suppeditantem optant. Quid? diligens rerum creatarum contemplatio DEVM non remotum, sed praesentem intueri, admirari, venerari docet. Quanto autem ille a nobis mortali bus diutius, quanto melius cognoscitur, tanto maiestatis et bonitatis illius expressiora vestigia obseruamus, ita, vt his ducibus ad solatii plenissimam cognitionem prouidentiae diuinae perueniamus. Et cum ille sit maxime bonus, et bonorum fons omnium, singularis eius prouidentia, eaque nullo temporis momento interrupta, minime ab eius rerum omnium perfectissima natura seiungi debet. Quaeritur, sed frustra, num aliquod fatum admitti possit, quod Christianum dici mereatur et Stoicorum fato opponi? Hi enim, vti inter omnes constat, deducebant omnia ex fato et absoluta necessitate. b) Sed direxit iam hanc controuersiam Augustinus: cum sensus bonus est huius vocabuli, inquit, sed vocabulum incommode et locutio impropria, et Christiano contraria est. Fatum Christianum, pergit, est ipsa diuina ordinatio et gubernatio. c)

Sunt quoque, qui multitudinem malorum, dicunt, in mundo suadere nullam esse prouidentiam diuinam: quibus tamen quoque ab ecclesiae nostrae doctoribus abunde satisfactum est. Hi distinguunt permissionem diuinam ab effectione diuina, hanc, aiunt, pro obiecto habere res bonas, illam tantummodo occupari

b) vid. Iusti Lipsii Physiologiae stoicor. lib. I. diff. XII, et Lactantius de Ira Dei Cap. XIII.

c) Augustinus lib. V. de Ciu. Dei cap. I.

cupari circa res malas. Deinde cum permissionem explicit per non impeditonem, rursus impeditonem moralem seius-
gunt a physica. Deum semper impeditone morali prohibere
omnia mala, quia perfecte purus fit et sanctus: sed non impe-
ditone physica, quod hominum tolleret, a Deo generi humano
concessam libertatem. Interim cum homo a summo rerum con-
ditore creatus sit statu longe perfectiore praesenti, merito qua-
ritur, unde ortae sint tantae imperfectiones, unde tanta intel-
lectus caligo, in rebus et naturalibus et spiritualibus? Vtrum
a Deo, an ab homine profectum hoc malum? Saniores inter o-
mnes constat, non a Deo fluxisse, qui natura sua perfectissimus,
nec potest, nec vult malum eligere, idque confidere, ob volun-
tatis sanctitatem. Relinquitur, vt ab libertatis abusu hominum
mala nata sint. Latissimus se mihi hic ad excurrendum campus
offerret, si singula haec iam modo significata explicare vberius
vellem, si considerare porro adgrederer ciuilem societatem, quae
etiam sine prouidentia diuina consistere non potest: quod qui-
dem ipse Cicero multis iam ostendit. ^{d)} Si denique de prouiden-
tia diuina, quae ad hunc usque diem sacras litteras, nos ad
salutem aeternam perducentes, puras conseruauit, ac ad omni-
um hostium tela firmissimas reddidit; etiam si talem ex nefario
ac pestilentissimo maligni Spiritus instinctu omnique animi acer-
bitate neget Edelmannus. Sed pono hic calamum: praesertim
cum coram TE, VIR SVMME REVERENDE et MAGNIFICE,
PATRONE omni pietatis cultu prosequende, maximo harum
rerum arduissimarum arbitro, tantis de rebus disputare dubitem.
Neque superiora, magis indicata a me, quam explicata, attu-
lisse: nisi mihi ad pietatem, hoc die TIBI praestandam, vo-
luisse aditum aperire.

Vene-

^{d)} Cicer. lib. II. de legibus Cap. VII.

4.

Veneror autem et TVI et ecclesiae, et mei causa singula-
rem huius diei prouidentiam diuinam: TVI quidem, quod
tantis ornatus verae felicitatis insignibus eum iterum obire pos-
sis; Ecclesiae vero quod illa in TE pristina Vitembergae no-
strae ornamenta vigere videat; mei denique, si hoc addere
licet, quod superiore anno hoc ipso die TVO patrocinio et
hospitio dignus a TE existimatus sim.

Ad TE ergo, summe Deus, cuius prouidentia omnia di-
riguntur, deuotis precibus me conuerto: Serua quam diu-
tissime *HOFMANNVM* Ecclesiae praesidio, serua litteris
ornamento, serua studiosis hominibus solatio. Ciues nostrae
Academiae, sanctiori disciplinae operam dantes, humillime ante
thronum TVI Numinis prostrati, rogitant ac flagitant, vt diu
saluum sospitemque supereesse communem Patronum finas. TE
vero, VIR Magnifice, TE flagitamus, vt praeesse studiis nostris,
et cultoribus TVIS fauere pergas. Cum autem me inprimis
consiliis prudentissimis TVIS adiuueris, multisque beneficiis
me benevolentissime ornaueris: vicissim mihi incumbit, vt gra-
tissimum TIBIque deditissimum tester animum. Quam plurima
igitur postulat, vt ingenue de prosperitate TVA laeter, eam-
que, quae nunc suppeditatur, gratulandi occasionem quam au-
disfime adripiam, et quas admirabilis diuinae prouidentiae vias
in vita expertus es, hoc die pio animo tecum mediter. Haec
prouidentia diuina esto TIBI etiam in posterum dux in consiliis
capiundis, esto in negotiis adiutrix, in periculis defensatrix: esto
denique in rebus aduersis solatum, praesidium in secundis.

Tandem tota Splendidissima TVA Familia huius Nu-
mine vigeat, floreat, crescat!



Fr. dex.

1. Rud. Wedekindus *Positiones de Insuperabilitate in Philosophia*.
2. Christ. Fried. Wied (Prof. I.G. Canisius) *de Causis in genere*.
3. Dr. Gottl. Canpius *de Substantiarum in se mutua actione*.
4. Conducentio hom. Lutetianus in sol. Dofini n. offl. gl. 1.
5. Aug. End. Schleicher (Prof. J.F. Hiller) *de Vita dei*.
6. Otto Andr. Wiederstaedtius *de Providentia divina*.
7. Joach. Georg. Gariges de Genuina iuri voluntarii, facultati divini, inde eis a iure nat. distingue.
8. Gordij. Blonquius de Libero Arbitrio.
9. Jo. Schmidt (Prof. I.G. Waldino) *de Eo quod dicitur Indifferens*.
10. Jo. Henr. Christ. Huyden (Prof. G.A. Riborio) *de Superstitione, qua differt ab idolatria, moralitate*.
11. J. Dat. Mignanil *de Prodigio, Prodigium, Prodigia, de Mysteriis et prodigiis*.
12. Jo. Sac. Harck (Prof. G.H. Riborio) *de Diffinicatione licita, exemplis S.S. comprobata*. *
13. Joach. A. Hörl *Hansius' Gallicanus, das Villan und Brigandus und das Massaker*.
14. J. Henr. Riborius *de Economia Patrum & methodo disputandi hacten invenerit*. *
15. Georg. Guili. Alberti *de Imputativitate Somniu*.
16. Et. J. G. V. Gaudenca *de moralitate et origine filii domini undari. Geystretha*.
17. Vic. Egois Wittlinge *Prophetae annales prophetarum Hebreorum, secundum deceptum, inservientem operam*.
18. Joh. tod. Enk. Tractatus *de Eo quod iustum est circa conjugalis debeti proffationem*.
19. Diet. Henr. Blasius to. Petr. Miller *de Eo quod circa curam pauperum generatione obserandum est*.
20. Joach. Georg. Gariges *Extrina Wolfii de potestate circa lumen & bona eulogistica contra Rothfischerum defensio*.
21. Nic. Burch. Turland (Prof. G.H. Riborio) *de Antiquitatibus Iudeico-christianis*.
22. Chr. Bened. Michaelis *de Initio Beniz capitalibus in S.S. commenmoratis*.
23. Jo. Leonh. Reckenberger *de Hebraorum Ecclesi vel Studiis*. *
24. Jo. En. Imm. Waltherius *de Philosophis Veterum Scriptis*.
25. Rud. Wedekindus *de Utra Philologia in Philosophia*. (lara effitorum)
26. Jo. Henr. Mantzel *de Stili historicis librorum P.T. virtutibus & vitiis, occasione orationis ad methodum historiam*.
27. Georg. Frid. Meier (Prof. C.B. Michaelis) *Solocius generis ab offratijs S. Codici Hebrei depulitus*.
28. Sam. Zorn (Prof. Erd.) *Solocius caputve & Ebraismo S. Cod. depulitus*.
29. Jo. Christph. Decker (Prof. Erd.) *de Paronomasia facia*. *
30. Frid. Theodor. Mulleri *Demonstratio Particularis Hebraorum esse Nomina*.
31. Mich. Gordij. Stein (Prof. C.B. Michaelis) *de locis differenti ratione artis, poffit, dextra, sinistra*.

~



VIII

Veneror rem huius dictantis ornatus sis; Ecclesiae strae ornamen licet, quod su hospitio dignu

Ad TE er riguntur, de tissime *HOFM* ornamento, sa Academiae, san thronum TVI saluum sospiter vero, VIR Mag et cultoribus T consiliis prude me benevolentissimum TIBIq igitur postulat que, quae nundissime adripia in vita expertu prouidentia diu capiundis, esto denique in re

Tandem t

VI et ecclesiae, et mei causa singula tiam diuinam: TVI quidem, quod atis insignibus eum iterum obire pos illa in TE pristina Virembergae no deat; mei denique, si hoc addere ho hoc ipso die TVO patrocinio et timatus sim.

Deus, cuius prouidentia omnia di us me conuerto: Serua quam diu

Ecclesiae praefidio, serua litteris hominibus solatio. Ciues nostrae

plinae operam dantes, humillime ante rostrati, rogitant ac flagitant, vt diu se communem Patronum sinas. TE lagitamus, vt praeeesse studiis nostris, pergas. Cum autem me inprimis

IS adiuueris, multisque beneficiis eris: vicissim mihi incumbit, vt gra num tester animum. Quam plurima de prosperitate TVA laeter, eam ur, gratulandi occasionem quam audi mirabilis diuinae prouidentiae vias pio animo mecum mediter. Haec

I etiam in posterum dux in consiliis diutrix, in periculis defensatrix: esto solatum, praesidium in secundis. issima TVA Familia huius Nu

it, floreat, crescat!

